

APROPOSITO DE UNAS ANTIGUAS COMENDATICIAS EPISCOPALES

Entre los pocos libros a quienes han perdonado la incuria y el tiempo en el Archivo Catedral de Calahorra, hay un Códice del siglo XII, cuyo contenido es interesante por varios conceptos. En el Catálogo, próximo a publicarse, ya señalado con el núm. I; está escrito en pergamino; sus dimensiones son 380 por 560 mm.; contiene 276 folios, aunque está mutilado, y ha sido conocido por el "Libro de las Homelías". Es un Leccionario de Coro.

Interesa su contenido y estudio a la Sagrada Escritura, porque contiene partes notables de los libros sagrados desde el Génesis al Apocalipsis; a la Patrística, por las muchas lecciones, tomadas de los Santos Padres, especialmente de San Agustín, San Beda, San Gregorio, San Juan y San Máximo; a la Historia Eclesiástica, porque sus últimos folios y alguna página libre del cuerpo se han destinado a Becerro de la Catedral y a un Obituario en que se han intercalado noticias históricas; a la Sagrada Liturgia, pues que sus lecciones van siguiendo el rezo de los tiempos litúrgicos; a la Paleografía, por sus caracteres y por las viñetas que decoran algunos principios de libros; a la música, en fin, porque, en Adviento, trae catorce versos de una Sibila en notación musical de la época, y en Semana Santa, con la misma notación, las Lamentaciones del Jueves, Viernes y Sábado, mas otras de hermosa notación, añadidas tiempos más tarde en dos hojas, y otras cuatro Lamentaciones y la Oración de Jeremías, escritas por mano más ruda.

Interesa asimismo al Derecho canónico, así por algunos Estatutos Capitulares que trae, como por el contenido de varios de sus documentos, de los cuales nos limitamos a transcribir los cuatro modelos, consignados en él, de letras comendaticias episcopales, tres para pecadores, que han de hacer penitencia, y el cuarto en favor de una madre, con cuatro hijos, de una familia conversa, cuyo marido y padre ha muerto hace poco.

Códice I. Núm. 2. Fol. 240.

A) *Universis Ecclesiarum Dei praelatis ad quos praesens pagina pervenerit. N.º Dei misericordia, N.º Episcopos, salutem et orationes*

in Domino. Humano generi per peccatum lapso, dupplici curationis remedio subventum, baptismo videlicet, qui prima tabula, et penitentia, quae secunda tabula post naufragium nuncupatur. Sed, quoniam baptismus reiterari non potest, dicente Scriptura: Unus Dominus. una fides, unum baptisma, cotidianis peccatorum morbis cotidiana etiam penitentiae medicina parata. Hinc est utique quod lateri praesentium, qui homicidiis, periuriis, incendiis, rapinis et aliorum criminum genere multipliciter est involutus, XL annorum penitentiam, rigorem canonum temperantes, duximus iniungendam. Ita, videlicet, ut in primo anno, peregre proficiscens, limina beatorum Apostolorum Petri et Pauli necnon et sancti Iacobi et aliorum Sanctorum, sub norma et habitu penitentis, visitet. Transacto autem primo anno et patriam suam rediens, ad arbitrium sui vivat sacerdotis. Quia igitur vos, qui spirituales estis, huiusmodi debetis corripere in spiritu lenitatis, caritatem vestram in Domino exhortamur, quatenus pietatis intuitu eum indulgentiis, orationibus et aliis caritatis operibus sublevare et adjuvare velitis.

* * *

B) Universis ecclesiarum Dei praelatis aliisque Dominum timentibus ad quos litterae istae pervenerint. N.º, permissione divina N.º episcopus, in vestro salutari salutem. Lator presentium, D. nomine, diabolico persuasus impulsu, in tali crimine, N.º, miserabiliter cecidit. Cui, ad poenitentiae lamenta humiliter venienti, inter alia sibi sacerdotaliter iniuncta, in mandatis dedimus ut, eaneis tantum vestimentis indutus, beati Iacobi Apostoli visitaret limina. Unde, quia maius gaudium est angelis Domini super uno peccatore poenitentiam agente quam supra nonaginta novem iustis qui non indigent poenitentia, et apostolico praecepto, alter alterius onera portare iubemur et cogimur, universitatem vestram rogamus et obsecramus in Domino, quatenus iam dictum peccatorem, cum ad vos venerit, misericorditer considerantes, vestrum remissionis beneficium, secundum propriae culpae modum ei impertire dignemini. Corporeae autem necessitati eius caritative ita intendatis ut incepta perficere valeat et ad meliora sese libenter semper extendat.

* * *

C) N.º, Dei gratia, N.º Episcopus, omnium ecclesiarum Dei praelatis et clericis, salutem et pietatis visceribus habundare. Praesentium lalorem, confessione propria, matricidam esse cognovimus. Cum enim matrem suam cum quodam alio invenisset rem nefariam facientem, crudeliter et impius utrumque transfixit et orribiliter trucidavit. Pro cuius facinoris anormitate viginti et unum annos penitentiae sibi imposuimus, ita quod in primo septenio penitentiae XL dies ieiunet in pane et aqua, et duas alias quadragesimas in cibo quadragesimali, alios autem dies eiusdem anni taliter observabit: Secundam, et quartam et sextam feriam, in pane et aqua ieiunabit: FERIA III et sabbato, quadragesimali cibo utatur: Aliis diebus, cibo communi reficiatur. In singulis quoque annis primi septenii tres quadragesimas in communi cibo ieiunabit, et alios dies eiusdem septenii, secundum supra dictum modum observabit. Secundum vero septenium et tertium, iuxta formam primi ab eo iussimus observari. Ita, tamen, ut per tres annos

A PROPOSITO DE UNAS ANTIGUAS COMENDATICIAS EPISCOPALES

continuos nom communicet corpus Domini, nisi forte laboraverit in extremis, nec ecclesiam ingrediatur in qua sciverit corpora Sanctorum haberi. Per orbem peregre proficiscatur, laneis indutus vestibus et sine pecunia, visitando limina Sanctorum. Sed quoniam tantum onus eius fragilitas longo tempore ferre non valebit, caritatem vestram in Domino rogamus, quatenus consilium et auxilium ei misericorditer tribuatis, et quod, pietatis oculo, de iniuncta sibi penitentia vobis placuerit sibi relaxari, in carta diligenter annotare curetis.

* * *

D) P., Dei gratia, N. episcopus, universis sanctae matris Ecclesiae filiis ad quos litterae istae pervenerint, per opera caritatis vitam perpetuam promereri. Excellentiore salutis viam esse caritatem, Apostolus, loquens Corinthiis, demonstrat, dicens: Adhuc excellentiorem viam vobis ostendendo, caritatem. Ipsa enim est quae sola operit multitudinem peccatorum. Universitati siquidem vestrae notum facimus, frates karissimi, latorem praesentium N.º nomine, cum viro suo et III filiis, de paganorum infidelitate ad Xristi fidem et noticiam, Spiritus Sancti gratia inspirante, pervenisse. Cumque, vivente marito suo, aliquod haberet solacium, eo iam defuncto, ipsi soli derelicta est, quia solum laborem et dolorem considerat, pro cuius amore obliti sunt populum suum et domum patris sui. Quoniam igitur respectu supernae promissionis egressa est de terra et de cognatione sua, karitatem vestram attentius exoramus atque, monendo in Domino exhortamur, quatenus divini amoris intuitu, et quia gaudium est angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente, ei et filiis suis misericorditer et pietatis manum dignemini aperire, et in una elemosina multis pauperibus et huic novellae olivarum plantationi subvenire. Quicumque vero, divina inspirante gratia, matrem faciet filiorum laetantem, et eis beneficium aliquod contulerit vel iuaverit, nos, de Dei Omnipotentis misericordia confisi, in peccatorum suorum remissionem recipimus, atque omnium orationum, sacrificiorum, ieiuniorum, vigiliarum necnon et cunctorum beneficiorum, quae per Dei gratiam in toto episcopatu nostro cotidie fiunt, vel Domino donante, in antea fient, participare in perpetuum constituimus. Data, N.º, tali kalenda. Sub era tali. Anno Dominicae Incarnationis tali.

Bien puede asignarse para estas comendaticias, como fecha en que se escribieron en este Códice, los finales del siglo XII o los principios del siguiente, época a que se refieren los demás documentos copiados en él, no mucho después de terminado este libro, trabajado en el mismo "Scriptorium" de la Catedral, según todo aparece de la doble suscripción que a continuación transcribimos, una en prosa y en verso la otra, que dicen así:

* * *

Códice I, núm. 9.

Nunc de libri huius noticia scriptura subsequatur. Est autem liber iste (al margen), "incoatus enim in era M. C. LIX" scriptus et confirmatus (entre líneas) "in era M. C. LXIII", regnante ipso domino San-

cio, episcopo, supra dicto et auxilium praestante, cum omnibus clericis suis in eadem sede manentibus, quorum nomina haec sunt: P.(etrus) Marcusius, qui maximam partem precii scriptoris tribuit Girardus, operator et sacristos ecclesiae (siguen tres líneas borradas). Johannes, Abbas. Et Petrus, Nazarenensis. Iohannes, Felix. Gomicius. Petrus, Carbonius. Belasius et Dominicus. Iohannes, Quiram et Petrus Semanius.

Statuimus etiam et firmamus ut, quando aliquis consociorum nostrorum obierit, nomem illius in hoc eodem libro statim scribatur et anniversaria dies illius omnibus annis peragatur.

En cumplimiento de este acuerdo, el Obituario, Códice, I, núm. 6, consigna las fechas siguientes:

Enero 9. Obiit Petrus Carbonelli, era MCLXXXIV. Marzo 11. Obiit Abbas Iohannes, era MCLXXII. Abril 30. Obiit Petrus Semeni era MCXCIII. Junio 23. Obiit Prior Iohannes, era MCLXXVII. Julio 8. Obiit Petrus Marcussi, era MCLXIII. Agosto 3. Obiit Petrus, Naiarenensis, Prior, era MCLXI. Agosto 15. Obiit Petrus Archidiaconus, era MCLXXIX. Agosto 17. Obiit Prior, Iohannes, Felix, era MCLXXXVI. Agosto 27. Obiit Blasius, Diaconus, era MCCXV. Septiembre 11. Obiit Petrus Iohannis, era MCLXXVI. Octubre. Obiit Blasius, Prior, presbiter, era MCXCIV. Obiit Dominicus, presbiter, era M(C)LXIX. Noviembre 10. Obiit dominus S a n c i u s, Aragonensis Episcopus, era MCLXXXIV. Noviembre 28. Obiit Gerardus, Archidiaconus, presbiter, (sin era).

La suscripción en versos es como sigue:

Códice I, núm. 7, fol. 269 vto.

- Huius factores libri sunt hii seniores;
Sedis honoratae, Calagurrinis aedificatae.
- I. Petrum Marcussi, scribi prius ordine iussi,
Qui dedit expensas large, pelles quoque tensas,
In quibus illorum sunt gesta notata virorum,
Qui coluere Dominum, Xristique insigne tropheum,
Quod credunt aequae Patriarchae Xristicoleque
 - II. Debet honore pari, Petrus Archilevita notari,
Praesenti rotulo, cum proprio titulo.
Dux enim Cleri, meruit famosus haberi,
Factis perspicuis, moribus ingenuis,
Largus et ipse satis, dedit ex rebus decimatis
Magnificum pretium, Codicis (in opus) ad studium.
 - III. Frater Girardus non est piger hic neque tardus,
Qui tenet Ecclesiae fabricam sanctaeque Mariae.
 - IIII. Post assignati sunt fratres aequivocati:
Fit studio cuius pars maxima codicis huius.
Scilicet: (I) Abba pater, (II) Felix et (III) Quiramus alter,
Conveniunt una qui voce Iohannis in una,
Auxilio quorum fit opus scribendo decorum.
 - V. Blasius, Sacrista, fuit in re commodus ista,
Saepe laborando, quae deerant saepe parando.

A PROPOSITO DE UNAS ANTIGUAS COMENDATICIAS EPISCOPALES

- VI. Hic Carbonelli Petrus atque Domenco, gemelli,
Sunt adiutores (socii), operis non inferiores (deterioris).
- VII. Tu, Petre Semeno, numero scribere noveno.
Additur his laicus, super hac re largus amicus.
Qui, si quaeratur, Petrus atque Domenco vocatur.
Praesulis hortatu Sancieri sunt ista patrata,
Cuius conatu sedes haec fuit reparata
(vel) sunt quaque vetusta novata.
Prosint Pontifici summae Deitatis amici,
Martir Emeterius, comes et Celedonius eius,
Quos facit ornari, cunctisque modis venerari.

FERNANDO BUJANDA

Rector del Seminario de Logroño